Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



latũ tradidit eis: ut crucifigerẽt. Tunc milites
p̃sidis suscipientes iesũ in pretorio: congregauerũt
ad eũ vniuersam cohortem. Et exeuntes eũ clami
dem coccineam circũdederũt ei. Et plectentes co
ronam de spinis imposuerũt sup caput eius: et
arundinem in dextera eius. Et genu flexo ãte eum
illudebant dicentes. Ave rex iudeorũ. Et expuentes
in eũ: acceperunt arundinẽ et percutiebant caput
eius. Et postq̃ illuserũt ei: exuerũt clamidem:
et induerũt eũ vestimentis eius et duxerũt eũ ut
crucifigerẽt. Exeuntes autẽ inuenerũt hoĩem cy
renei ĩ ueniente ĩ ĩbi obuiam: nomĩe symonẽ. Hũc
angariauerũt: ut tolleret crucẽ eius. Et venerũt
in locũ qui dicitur golgatha: quod est caluarie lo
cus. Et dederũt ei vinum bibere: cũ felle mixtum
Et cũ gustasset: noluit bibere. Postq̃ autẽ cruci
fixerũt eũ diuiserũt vestimenta eius: sortem
mittentes: ut impleretur quod dictũ est p̃ophe
tam dicẽtem. Diuiserũt sibi vestimẽta mea: et
super vestem meã miserũt sortẽ. Et sedentes
seruabant eũ. Et imposuerũt sup caput eius
causam ipsius scriptam: Hic est iesus rex iudeo
rum. Tunc crucifixi sunt cũ eo duo latrones:
vnus a dextris: et vnus a sinistris. Pteuntes
autẽ blasphemabant eũ: mouentes capita sua:
et dicentes. Vah qui destruis tẽplũ dei: et in triduo
illud reedificas: salua temetipm. Si filius dei es:
descende nunc de cruce. Similiter et omnes principes
sacerdotũ: illudentes cũ scribis et senioribus di
cebant. Alios saluos fecit: seipm nõ pt̃ saluum
facere. Si rex israel est: descendat nunc de cruce: